MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 104r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



et fertilitatibus mundi terram desertissimam Et dum nylus
ita crescit tunc diversa arborum herbarum et avicularum genera
ab incolis cum retibus in ipso capiuntur et specialiter lignum
aloe et avicule que papagay dicuntur Sed origi
nem huius ligni aloe nunquam homo potuit indagare
sed videtur quod sunt ligna arida que pre vetustatibus
de montibus cadunt in aquam Etiam tunc capiuntur in
nylo ligna Sychim que ut alia ligna bene
scinduntur sed cremari non possunt Papagay Sed
hee avicule viride papagay cum ramusculis
et lignis in quibus resident capiuntur ut dixi Et di
cunt aliqui quod nascantur in montibus gelboe quod falsum
est et dicunt quidam quod aliquam sufferre non possunt
quod est falsum nam in insulis et aqua nascuntur et in
mari natare vidi sed non possunt frigus bene suffer
re nec natando nec volando non possunt per se
verare. Hic est fluvius nyli quam plurimas habet
in se insulas sacro et quam pluribus aliis rebus
habundantes De Pullis Item in egipto sunt
innumerabiles pulli qui in fornacibus et contra ra
dios solis efficiuntur ut audistis De perdicibus
Similiter in egipto sunt innumerabiles perdices
plures quam omnia volatilia prime huius et vi

Ligna deportant